TECHE UDINE

MANOSCRITTI

# FONDO PRINCIPALE

## Manoscritto n. P_MSS_0899_VIII

*Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.*

Collocazione:

**Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine**
*https://www.techeudine.it/fondo-principale*
*https://www.sbhu.it/*

BIANCHI

1280
1286

4

899

8

BIBLIOTECA COMUNALE
VINZENZO JOPPI
UDINE
N. 899

Manca il Documento:

1282 - 18 Dbre - Aquileja - Sinodo Aquilejese celebrato dal Patriarca Raimondo. (Rubeis).

- Documento che figura nell'Indice Bianchi al N. 473. -

# DOCUMENTI
## PER LA STORIA DEL FRIULI
### DAL 1200 AL 1400

## *RACCOLTI*

DALL' AB. GIUSEPPE BIANCHI

*Volume 8. dal N. 456 al N. 514.*

UDINE 1850

Biblioteca
Nazionale

(456.)

1280 11. Aprile Sacile

Investitura feudale de' Signori di Prata

Alberto not

In Christi nomine amen. Anno a nativitate Domini MccLxxx. octava indictione, die xi. intrante Aprili. Presentibus D. Arduico et Sabbatile fratribus de Porcilio, Sarpando de Bernardigio de mediolano, Domo Plebano Sacili, Tolberto de Topalico de sacilo, Waringuerra de Pirro, Marco de Biscaffo de sacilo et aliis multis

Venerabilis pater D. Raymundus Dei gratia S. Aquileyensis sacilis Patriarcha cum quodam vexillo rubeo quod in sua tenebat manibus investivit nobilem virum D. Guecellettum de Prata recipientem pro se et fratre suo D. Sabbatile et ejus nepotibus de jure suorum feudorum que habebat ab ipso D. Patriarcha et ab Ecclesia Aquileyensi cum omni honore, dominio, comitatu, jurisdictione et ratione ad ipsa feuda spectantibus secundum quod q.m D. Vecello de Prata pater ipsius D. Vecelletti a Predecessoribus q.m D. Patriarche olim fuit investitus, recepto ab eodem D. Vecelletto fidelitatis debite juramento prout in talibus recipi consuevit Actum in Patriarchali palatio de Sacilo

Ego Albertinus sacri Palatii notarius his presens interfui et rogatus D. Vecelletti scripsi in formam publicam redegi. S. P.

1280 29 maggio sui pascoli del Distretto di Cividale

Aggiustamento per riguardo ai pascoli tra le ville di Maimacco, Grupignano e Butinico, e quelle di Ramanzacco, Svillons, Orzano e Cavaco.

Offribono Not.

Hoc est transumptum sive exemplum cujusdam instrumenti scripti manu ser Ottoboni Notarii de Valvasone cujus tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis In Christi nomine amen. Anno ejusdem MCCLXXX indictione octava die tertio exeunte Majo Presentibus D. Conrado de Cornocleto, Ottolino filio D. Andree de Canussio, Wilelmino dicto Suri de Civitate, Federico Domine Aurelyle de eodem loco, Petro suprascripti D. Wilelmini, Ognibene filio q.m D. Galangani, Petro Cane stationario Civitatensi et aliis pluribus Cum D. Wilelmus de Scarleto Gastaldio Civitatensis quasdam recepisset litteras apertas ex parte Reverendi Patris et D. Raymundi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche sigillatis sigillo suo cereo non fracto sed illeso vidas et lectas per me Notarium infrascriptum cujus tenor talis est = Raymundus Dei gratia S. sedes Aquilegensis Patriarcha Wilelmo Gastaldioni Civitatensi dilecto sibi gratiam suam et omne bonum Pro parte Communium villarum Maymaci, Grupignani et Butinici nobis est oblata querela quod quidam homines tam de ipsis villis, quam de Ramanzacco, Svillons, Orzano et Cevaco de pascuis, communia et vaccarecia ad ipsos spectantibus occupaverunt temere, ac occupata detinent in ipsorum prejudicium non modicum et gravamen. Quare nobis humiliter supplicaverunt per nos sibi super hoc misericorditer provideri. Ideoque discretioni tue per presentes committimus et districte precipiendo mandamus quatenus certa die omnium predictarum villarum hominibus congregatis, ad locum accedens de unaquaque ipsarum aliquot de antiquioribus et quibus de rei veritate melius constare credideris coassumas et ab eis de supradictis pascuis, communia et vaccarecia discernendis fideliter sine fraude corporali juramento recepto, quidquid secundum eorum limitationem et determinationem

de hujusmodi pascuis, communia et vaccarecia occupatum repereris, ex parte nostra precipias infra dies quindecim post hujusmodi nostrum preceptum libere a quolibet detentore dimitti in usu pascuorum sive communie sive etiam vaccarecie hujusmodi perpetuo permansurum. Quodque nullus deinceps id aut aliud ad dicta pascua, communia seu vaccarecia pertinens occupare presumat sub pena unius marce a quolibet contrafaciente nobis et nostris successoribus toties persolvenda quot diebus in hujusmodi occupatione post perceptum per te prefixum terminum presumpserit permanere. Ne autem hujusmodi limitatio seu determinatio procedente tempore in ambiguitatis seu incertitudinis scrupulum valeat revocari, volumus et tibi precipiendo mandamus quod de ipsa publicum confici facias instrumentum mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus quod de negligentie vitio nullatenus valeas reprehendi; quinimo de promptitudinis et diligentie studio merito commendari. Datum Civitate vi. intrante majo octava indictionis. Volens, ut tenetur, ipsius d. Patriarche mandatum exequi diligenter, ad locum pascui sive communie ac vaccarecie accessit predictum, convocatisque dictarum villarum hominibus et assumptis antiquioribus infrascriptis, de predictis pascuis, communia et vaccarecia discernendis fideliter, sine fraude corporale eis prestitit juramentum. Qui antiquiores pascua ipsa communiam ac vaccareciam discernendo concorditer taliter limitaverunt, videlicet quod a cruce que est in via que ducit de Civitate ad Ahrnum versus S. Donatum, et a ripa que dicitur Tumba usque pratum Savodin versus Malinam sunt pascua, communia ac vaccarecia predictarum villarum, exceptis campis infrascriptis, scilicet campis Donati fratris Jacobi de Noiatovan et Morfini ac Vornessi filii olim Zanzutti, ac etiam duodecim sulcis sive comuercis sub ipsa Tumba que est Iohannis de Maymacco et campo qui dicitur de sub ripa qui est Dominorum de Villalta scilicet decem et septem comuarie usque pratum de ... item discernendo dixerunt quod a molendino Iacobi de Navarracutto circa rojam et terram quam tenebat domina Alhiarda de Civitate

usque molandinum Dominorum de Villalta et molandinum Iacobi Fulcitti sunt pascua, communie ac vaccareccia predictarum villarum circa rojam versus Malinam. Item discernendo dixerunt gravam Benetti versus Malinam secundum quod per terminos et limitationes lapidum per eos positos designata est, sunt pascua, communie ac vaccareccia predictarum villarum usque villam Orzani a summitate ville versus Malinam et sub villam Orzani. Quibus determinationibus et limitationibus sic peractis et designatis, prefatus D. Wilielmus Gastaldio precepit hominibus et communibus dictarum villarum omnium ex parte D. Patriarche sub pena et forma contentis in litteris ipsius D. Patriarche predictis quod usque dies quindecim quidquid occupatum erat in usu pascuorum libere dimittant, quodque id aut aliud ad dicta pascua communiam ac vaccareccam pertinens deinceps occupare aliqui non presumant.

Seniores autem seu antiquiores qui huiusmodi determinationem discernendo limitaverunt sunt hii, videlicet de Mereto Brunus, Iohannes iurator Capituli Civitatensis, Martinus Gandul, Andreas, Raynardus, Amisclus et Puccardus fratres.

Item de Grupignano Iacuscius, Mannus, Murfinus, Martinus filius Stephani de Cavana Toselus, Pizolus Bargagni et Sabadinus faber

Item de Buttrio Iacobus Luduini, Odoricus Decanus, Iacobus Fletta, Iacobus Cuancii, Posinus, Henricus Bonoi et Iohannes Gomelgla.

Item de Premariacco Waltrus massarius dicti D. Wilielmi, Marcutius massarius Capituli, Thomadus Andreas Wargendus Gonz, Donatus et Wosso Decanus.

Item de Orzano Petrus Uluradi, Pizolus Tafanii, Iohannes Ing[illegible], Odoricus filius Wolvradi, Ingiruttus, Martinus Sevon, Mattheus Decanus, Belettus, Iacobus et Madrecha

Item de Ramanzacco Iohannes Scrina, Dominicus Zilius, Bartoldus Brisetti et Martinus Iacoccus

Ego Ottolinus de Woverson imp. et Patriarchali auctoritate Notarius predictis interfui et rogatus scripsi A. N u. c.

1280 . 21 Giugno Udine

investitura feudale : ~~Francesco~~ Federico di Carnia.

Gualtero can. 17

Anno Domini MCCLXXX. indictione octava die decimo exeunte Junio in Castro Utini in pariri(?) palatio, presentibus ... Bernar de Cerone Civitatensi ... Curia de Marano ... Petro, Castaldione, Utini et Constantino de Utino fratribus, Villelmo de Venzono, Camovetto, de Cropio, Rodulpho de Mels, Odolrico filio q.^m D. Bertoldi de Tricano, Petro et Marquardo de Arrone(?), Mat-tia de Carnia, Stephano de Zegliaco et aliis

coram D. Raymundo Patriarcha Aquilegensi D. Varcinguerra de Pivis, pretio et fore quingentarum marcharum denariorum Aquilegensium quod totum fuit confessus et contentus se recepisse et interre habuisse a Francisco filio D. Aquilini de Varmo renun-tiavit exceptioni non habiti et non recepti pretii etc. de certa scien-tia non per circumventionem aliquam vel errorem per se suisque heredes vendidit, dedit et tradidit Francisco filio D. Aquilini de Var-mo pro se ac suis fratribus quos habet vel habiturus est ex pre-dicto D. Aquilino patre ac D.^a Geltrude matre ac suis et eorum he-redibus Castrum de Pivis jure proprii, et omnes suos mansos et ... ...ciones et jura quos et quas et que habet et videbatur habere tam in villa et pertinentiis de Pivis, quam in villa S. Elisei, et feudum pro recto et legali feudo et proprium pro proprio excepto uno prato cum campis, pratis etc. omnique jure etc. jure feudi Ec-clesie in feudalibus semper salvo. Quod siquidem feudum se habere di-cebat ab Aquilegensi Ecclesia et D. Patriarcha, promittens etc. promisit

ne dicto emptori et eius fratribus fideiussoriam cautionem idoneam pre- [illegible] usque ad proximum festum s. Michaelis futurum, quod dicti domi- ni Rodulphus de [illegible] et Odolricus de Tricano laxerint ordonandum sub pena dupli etc. et sub obligatione etc. In quorum tenutam et posses- sionem ponendi dictum emptorem datus fuit Camorettus de [illegible] su- pradictus. Qui statim dictus Q. Varcinguerra dictum feudum in manibus dicti d. Patriarche resignavit. Qua huiusmodi resignatione recepta prefatum Francescum pro se et dictis suis fratribus recipientem de feudo huiusmo- di [illegible] [illegible] cum quadam cauto investivit, recepto ab eo fidelita- tis debite iuramento quod in talibus fieri consuevit; mandans et sub debito prestiti iuramenti quod totum feudum predictum per manum publicam in scriptis infra [illegible] [illegible] [illegible] debeat assignare, [illegible] ei Camera- [illegible] [illegible] pro [illegible] [illegible] etc.

Preterea eodem loco et tabulis dictus d. Patriarcha remisit et relaxavit dicto Q. Varcinguerre de Pers omnem offensam et iniuriam quas intu- lerat Aquilegensi Ecclesie ac ipsi d. Patriarche seu predecessori eius et omnes penas quas .. et sententias contra ipsum latas pro eo quod castrum de Pers quondam presumpserit occupare castrum de Pers. [illegible]

1281 . 29. marzo . Cividale

Raimondo Patriarca investe Artuico di Castello [illegible] in Udine ed altri come erede di Vitalmo di Cavoriaco. Libello

Giovanni di Lupico Can. P.

In nomine Christi amen. Anno a nativitate ejusdem M. cc. LXXXI, nona indictione, apud Civitatem in palatio Patriarchali. die sabbati tertio exeunte martio. Presentibus DD. Bernardo, Decano Civitatensi, presbitero Petro Plebano Plebis de Tricesimo, capellano et magistro Gualtero scolastico Civitatensi notario D. Raymundi Dei gratia Patriarche Aquilegensis et nobilibus viris D. Gerardo de Camino, Jacobo de Cadorta, de Coneglano, Arquino de Varmo, Johanne de Zucula, Leonardo de Tricano, et Leonarduccio de Avorzacho testibus ad hec vocatis et aliis multis.

Cum questio verteretur inter Reverendum Patrem et D. Raymundum Dei gratia S. Aquilegensis sedis Patriarcham ex parte una et D. Arthuicum de Castello ex altera super feudis antiquis que q.d. D. Vitalmus de Cavoriacho et q.m. D.D. Federicus et Vitalmus filii ejus, et antecessores eorum habuerant et recognoverant ad rectum et legale feudum ab Ecclesia Aquilegensi, dicente dicto Patriarcha quod ipsa feuda antiqua excidissent de jure sibi et Ecclesie Aquilegensi et e converso predicto D. Arthuico de Castello dicente quod eadem feuda excidissent sibi de jure tanquam qui hereditario jure debebat succedere in feudis predictis. Tandem memoratus D. Patriarcha ad preces et instantiam supradicti D. Gerardi de Camino testis superius nominati et dicti D. Arthuici de Castello supplicationem, volens ipsi D. Arthuico sive jus haberet sive non in feudis predictis gratiam facere specialem, sicut idem D. Patriarcha ore proprio fatebatur eundem D. Arthuicum de Castello S. Laurentii et de Puvoline et de omnibus aliis et singulis feudis antiquis que predicti Domini Vitalmus de Cavoriaco et filii ejus et antecessores eorum recte et legaliter habuerunt et tenuerunt in feudum ab Ecclesia Aquilegensi et antecessoribus dicti D. Raymundi Patriarche juxta consuetudinem Terre Foriulii nomine dicte Aquilegensis Ecclesie ad rectum et legale feudum cum pro-

dam capacio manu propria investivit cum juribus et rationibus de jure spectantibus ad feuda predicta et cum mansis, domibus, casalibus, sedimentibus curiis, silvis nemoribus, pratis, pascuis, campis, copulaticis terris cultis et incultis vineis, vinetis, arboribus, molendinis piscationibus, venationibus, aquis aquarumque decursibus, alluvionibus, decimis, advocatiis et singulis de jure pertinentibus ad feuda eadem recepto ab eodem V. Arbeico tanquam a vassallo fidelitatis debite juramento sub ea forma: Ego Arbeicus de Castello juro ad S. Dei Evangelia fidelitatem Domino meo V. Raymundo Patriarche Aquilegensi sicut jurat vassallus Domino suo, et quod defendam et manutenebo honorem et statum et bona et jura ipsius V. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis toto meo posse contra omnem hominem et personam et quod numquam faciam contra eundem V. Patriarcham et Ecclesiam Aquilegensem et honorem et statum eorum verbo vel opere, consilio, auxilio vel favore, et si scivero aliquem vel aliquos quod vellent contra honorem et statum dictorum V. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis illud turbabo toto meo posse; quod si turbare non potero, intimabo illud ipsi V. Patriarche per me vel per meum nuncium vel alium quam citius unquam potero ut facti notitia possit pervenire ad eum. et si idem V. Patriarcha, vel alius qui fuerit loco sui queret a me de aliqua sententia, ego de ipsa sententia judicabo secundum conscientiam meam. et si lata fuerit aliqua sententia coram ipso V. Patriarcha vel coram ullo qui fuerit loco sui, illa contra quem lata esset nollet eandem sententiam observare, ego ad observandam eandem sententiam eidem V. Patriarche et ejus officialibus insistam toto meo posse auxilio, consilio, et favore. Consilium mihi creditum per ipsum V. Patriarcham vel nuncium ipsius non pandam alicui in prejudicium et dampnum honoris et status ipsius V. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis; et omnia alia que pertinent ad fidelitatem toto meo posse sibi fideliter observabo sicut debet facere vassallus Domino suo. Sic Deus me adjuvet et hec ad sancta Dei Evangelia

Hec acta sunt inter ipsum V. Patriarcham et V. Arbeicum de Castello tali conditione et pacto quod si antecessores ipsius V. Patriarche aliqua de feudis predictis antiquitus investissent quod neque ipsi V. Patriarche et Ecclesie Aquilegensi et illis quibus

in-

investita fuerant, neque prefato D. Arberto de Castello in jure suo possit vel debeat per hec aliquod preiudicium generari. In cujus testimonium rei et etiam majus robur memoratus D. Raymundus Patriarcha instrumentum presens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari.

Ego Johannes de Lupico sacri Imperii publicus notarius his presens interfui et rogatus scripsi in formam publicam reducendo. Verci N° 256

(461.)

1281 - marzo

[illegible] l'ani [illegible] di [illegible] di [illegible]

Memoriali [illegible]

[illegible] Stephano [illegible] Zelisco [illegible] visionarium [illegible]

[illegible] Compravit [illegible] soldos de 1000 [illegible] quod habebat in [illegible]

soldos quam in civitate et territorio [illegible] A. Milleo

1281 5 Marzo [illegible]

Beni feudali di cui venne [illegible] il pronipote [illegible] Giovanni di Zucola

Spilimbergo [illegible]

Anno domini MCCLXXXI. indictione nona die lunis octavo intrante martio in [illegible] dominorum [illegible] de monte reali, [illegible] [illegible] de [illegible], [illegible] olim [illegible] [illegible] ac [illegible] Austrie Federici filii Henrici de P. Zanono ejusdem loci, [illegible] dicti [illegible] [illegible] de Spilimbergo, [illegible] de [illegible] [illegible] de S. Georgio, in platea S. [illegible] ante [illegible]: coram nobili viro [illegible] Valtrepertoldo de Spilimbergo cum [illegible] D. Valterpertoldo de Spilimbergo [illegible] et refutavit in manibus Reverendi Patris [illegible] Raimundi [illegible] [illegible] sedis [illegible] [illegible] omnes [illegible] nes et [illegible] [illegible], [illegible] et dominia, jura et actiones reales et personales utiles et directas quas habuerat seu habebat, vel videbatur habere de jure vel de facto [illegible] feudi a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Patriarchat [illegible] Aquilegen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] D. Valterpertoldi investivit nobilem virum D. Johannem de Zucola filium olim P. Bernardi [illegible] D. Walterper toldi nepotem [illegible] feudis [illegible] omnibus [illegible] D. Franciscum de [illegible] nuncium [illegible] [illegible] D. Johannem in [illegible] et corporalem possessionem dictorum feudorum sive possessionem [illegible] rum [illegible] [illegible] [illegible], [illegible], dominationum [illegible] [illegible] et actionum [illegible] feudi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] instrumento scripto [illegible] notarium [illegible], et sicut dictus D. Valterpertoldus coram me subscripto notario [illegible] [illegible] antescriptis in loco continetur [illegible] et confessus fuit dictus D. Fran ciscus [illegible] auctoritate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

et de voluntate predicti D. Valtervtiscroidi [illegible] pre[illegible] nos [illegible] memoratum D. Iohannem de Zucola in tenutam et corporalem possessionem dictorum Castrorum, Burgorum, mainadarum sive [illegible], [illegible]orum mansorum, dominiorum, [illegible]orum, [illegible] et actionum [illegible] dando in manibus ipsius D. Iohannis de [illegible] arborum [illegible] ville s. Georgii, Plebis de Cosa nomine et loco et vice omnium aliarum [illegible] [illegible], castrorum, [illegible] mainadarum decimarum man[illegible] dominiorum, [illegible], [illegible], [illegible]rum, [illegible] et actionum dicti [illegible] [illegible] castrorum, burgorum, terrarum, mainadarum, silvarum, mansorum [illegible] dominiorum [illegible] advocatiarum [illegible] et [illegible] D. Iohannes de Zucola [illegible] et [illegible] corporalem [illegible] et [illegible] inno[illegible] et [illegible] bonorum possessionum [illegible] [illegible] burgorum terrarum mainadarum mansorum decimarum [illegible] [illegible] dominiorum [illegible] jurium et actionum [illegible] sive feudorum ubilibet [illegible] scilicet castrum de Spilimbergo cum burgo et [illegible] et [illegible] et mainada [illegible] [illegible] Barbayano rectos per Rambaldum, Cerevuttum, Scampolinum, Dominicum Macafabam, Martinum, item Laurentium, Bertoldum, Petrum Bordonum, Laurenzuttum et Iacobum dictum Vescovum aut [illegible] per alios reguntur, et tres aratos in ipsa villa rectos per Odorlicum Capitaneum et Robertum, et silvam unam que olim fuit D. Iacobi de Mandacho [illegible] in dicta villa et dominium, et advocatiam villarum de Rausedo, de Vivaro et de Domanins et dominium et mutam, forch et mercata, silvam, nundinas de Cosa, de Zucula, de Tauriano, de Redenzicho de S. Odolico de S. Michaele in S. Odorlico et de Ignano et de S. Sabada et regione valde quod ipse et homines habitantes in plebe de Cosa possunt et debent ire [illegible] in [illegible] sine danda et [illegible] [illegible] nem XXV. urnarum vini in Gastaldia Guardi de Canopa D. Patriarche, [illegible]

silvam de Redolucto rectam per filios olim D. Olve et castrum de Valvasono prout sit predictum assistante cum bonis omnibus ipsi spectantibus prout ei latum fuit et castrum de Sbrovavacha, medietatem partis que fuit D. Wolcini cum mulinaveriis pratis et illis dicte medie parti spectantibus et montem unum in Carnea cum scisone ipsius montis, et duas vacas et decem pecudes cum agnis decem annuatim in Gastaldia de Carnea et advocatiam de Orsaria et dominium et advocatiam totius ville de Salvasono et dominium, copulatium et advocatiam totius ville de Torrida et tres mansos sitos in Sedegliano rectos per Janesium, Petrum, Badronum, Marcum, Matheum, Peregrinum, et totam decimam totius ville Sedegliani et avocatiam duorum mansorum in Sedegliano et duos mansos sitos in Flaibano, et duos mansos sitos in Cisterna et omnia alia bona pertinentia dictis feudis ubicumque sita, ramos dictorum arborum capiendo et percitando et per ipsum namque dicto missionem in corporalem tenutam et possessionem induxit de omnibus bonis, castris et terris, burgis, silvis, mansis, advocatiis, decimis et nemoribus predictis ad hec dictus D. Iohannes de Zucola stans post dictam adeptionem tenute ac possessionis, presentibus testibus antedictis et me subscripto notario coram predicto D. Walteropertolde fecit et constituit D. Odoricum civitanensem de Valvasono presentem et consentientem suum certum vicarium, seu vicedominum et procuratorem super omnibus dictis possessionibus et bonis dominiis iuribus et actionibus feudorum, seu feudi memorati ad faciendum super illa in illis et de illis et circa illa et de universis et singulis quocumque modo de iure vel de facto ad illa spectantibus omnia et singula que in eisdem fuerint opportuna, et que ipse D. Iohannes de Zucola posset facere personaliter in eisdem que idem D. Odoricus ibidem corporaliter iuravit bona fide et sine fraude exercere, facere adimplere et integre com

plebe vice et nomine ipsius S. Iohannis de ciccola

Ego iacobinus de Vidor sacri palatii notarius interfui rogatus et scripsi. [illegible]

1281 10 maggio Portogruaro.

Erezione del Convento di S. Francesco in Portogruaro

Domenico de Socars not.

In nomine Patris et filii et spiritus sancti amen. Anno Domini M.cc.LXXXI indictione nona, die decimo intrantis mensis Maii, in Portugruario in Capitulo loci Fratrum Minorum, in presentia Aguranti Gastaldionis Episcopatus Concordiensis, Genovii de Cadubrio, Suarnerii Camerlengi D. Episcopi infrascripti, Tiblasii filii q.m Fucali de S. Iohanne, Candidi filii Mainardi de Brojavacca, Henrici Teutonici, et Trentini sarotteris infrascripti D. Episcopi; et aliorum testium rogatorum.

Ad notitiam omnium tam presentium, quam futurorum, per hoc presens publicum instrumentum nos frater Folcherius miseratione divina Concordiensis Episcopus volumus pervenire, quod .... sacram et sanctam religionem ex officio nobis commisso, plantare cogitamus et plantatam fovere pensamus et cognoscentes locum et homines Portus Gruarii nostre Diocesis aliquorum religiosorum et specialiter fratrum Minorum, sive Ordinis B. Francisci conventu, consortio et solatio pro suarum animarum salute, et nostra et nostrorum predecessorum peccatorum remedio, multipliciter egere et indigere diligenti consilio, et deliberatione premissa ad honorem Dei omnipotentis B. Marie semperque Virginis matris ejus, B.B. Apostolorum Petri et Pauli, sancte et Apostolice sedis D. Pape qui est, et qui pro tempore erit, et S. Stephani Protomartiris Concordiensis Ecclesie et preciosi almi Confessoris B. Francisci, infrascriptum locum, sive Terram et possessionem ad nos et nostrum Episcopatum spectante cum omnibus suis juribus, pertinentiis, adjacentiis et appendiciis in presentiarum pro aedificandis ecclesia, claustro, dormitorio et aliis officinis, horto et cimiterio ac domum eam incepimus edificare et consumare intendimus cum omnibus edificiis [illegible] permanentibus, concedimus fratrum memorati ordinis B. Francisci sive fratrum Minorum [illegible] ipsius ordinis [illegible] [illegible] [illegible]_

.

cognoscentes et pensantes hoc quod factum erat esse necessarium, honestum ju-
tum, et pro omnibus plenissimum, donationem, largitionem et elemosynam
supradictam unanimiter nemine discrepante confirmaverunt et in omnibus appro-
baverunt. In cuius rei testimonium et cautelam presens publicum instrumen-
tum dicti canonici sigilli capituli concordantes [illegible] muniendum et [illegible]
[illegible] mandari

[illegible] [illegible] de Bocari imp. auct. notarius interfui et rogatus huius
modi scripsi [illegible] T V

(466.)

1281? 18 Agosto Rieti

Monitorio del Pontefice Nicolò IV. al Doge e Comune di Venezia per aver essi usurpati alcuni luoghi dell' Istria a danno del Patriarca di Aquileja e del Vescovo di Trieste.

Dilecto filio nobili viro Duci et communi Venetorum Nicolaus Papa IV.

Habet nostris auribus inculcata relatio quod vos ad occupationem bonorum et iurium Aquilegensis Ecclesie manus avidas extendentes Parentinam, Emonensem et Iustinopolitanam civitates ac S. Laurentii, Montone et Grisignane, Pirani, Insule, Mugle aliaque nonnulla castra, Terras, villas et loca in Istrie partibus constituta que ad eandem Ecclesiam pertinere dicuntur, et in quibus venerabilis frater noster Patriarcha Aquilegensis jurisdictionem omnimodam obtinere proponit temporalem, per violentiam occupastis eaque detinetis taliter occupata, nonnulla castrorum et villarum ipsarum illicitis ausibus data licentia nequiter destruentes, alias Patriarche Ecclesieque predictis ac venerabili fratri nostro Episcopo et civibus Tergestinis ac aliis suis adherentibus, coadjutoribus fautoribus et sequacibus in hac parte per incendia et rapinas, dampna maxima et graves injurias inferendo in eorundem Patriarche et Ecclesie ac aliorum predictorum non modicum prejudicium et gravamen. Quamobrem instigante humani generis inimico inter Patriarcham et quamplures illarum partium nobiles ac alios ecclesie predicte vassallos et adherentes eisdem ex parte una et vos ex altera gravium discordiarum et guerrarum discrimina sunt, ut asseritur, suscitata; quorum occasione grandia personarum et animarum pericula multimoda dampna rerum retroactis contingere temporibus et ne graviora contingant ulterius verisimiliter formidatur. Nos igitur ex debito pastoralis officii volentes hujusmodi obviare periculis et animarum profectibus providere; cupientes etiam ut civitas vestra que tamquam filia Benedictionis et gratie sincere devotionis affectum ac solite fidei puri-

tatem erga Romanam Ecclesiam antiquis moribus habuisse temporibus in pacis plenitudine sedeat et in requie opulenta quiescat, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente quatenus tamquam viri pacifici mentes vestras et animos habilitantes ad pacem, vosque Apostolice sedis ^ beneplacitis coaptantes; attendentes etiam quod dispendiosum animabus et saluti contrarium fore conspicitur aliena contra justitiam detinere quodque locum sibi non vendicat peccati remissio ubi ablati restitutio non precessit, eaque ex ea parte Patriarche, ecclesie, Episcopo, civibus et aliis adherentibus fautoribus et sequacibus memoratis per vos, vel per alium aut alios sunt ablata eis sublato difficultatis obstaculo restituere procuretis a quibuscumque novitatibus, invasionibus et insultibus per vos, et per vestros etiam stipendiarios et adherentes in hac parte vobis, ac fautores, coadjutores et sequaces vestros contra illos aut aliquos eorundem, et Terras ipsorum penitus abstinendo, ac revocando nihilominus alios vestros stipendiarios vel armatos ut producuntur istuc in dampnum Patriarche, Episcopi et civium ac aliorum predictorum ad statum ipsius provincie perturbandum, sicut asseritur, sunt invecti, sic in premissis omnibus laudabiliter et efficaciter procedatis ut zelatores pacis et amatores concordie vos per effectum operis demonstretis, vosque devotionem et obedientiam vestram quam in hoc promptam experimur merito dignis exinde in Domino laudibus attollamus. Aliaquin venerabili fratri nostro Archiepiscopo Ragusino per alias nostras litteras injungimus ut vos ad hujusmodi restitutionem ac stipendiariorum seu armatorum predictorum revocationem faciendam compellere; quodque vos vestrique stipendiarii adherentes fautores coadjutores et sequaces vestri a novitatibus invasionibus et insultibus predictis quibuscumque abstineatis, et ut omnino iidem stipendiarii seu armati de provincia ipsa recedant per censuram ecclesiasticam appellatione cessante, compescere non omittat si vero in civitatibus, castris, terris et locis

eisdem jus aliquod contra vos habere, coram nobis infra duorum
mensium spatium a receptione presentium inchoandum per sindicum
seu procuratorem idoneum ad hoc a vobis specialiter constitutum com-
parere curetis. Nos enim ut sumus omnibus in justitia debitores pa-
rati sumus facere vobis super hiis exhiberi justitie complementum.
Datum Reate XV kalendas septembris Pontificatus nostri anno
primo. B. i. D. c.

12[illegible]

Decreto di un Sinodo Provinciale Aquilejese in cui vengono scomuni-
cati gli occupatori di beni e giurisdizioni ecclesiastiche

Hoc est exemplum cujusdam instrumenti cujus tenor talis est. Aquilegie in majori Ecclesia. Presentibus. Reverendissimis in Christo Patribus dominis Henrico Tergestino, Bernardo [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]nense, Villelmo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Concordiensi, Egidio Emoniensi et Bernardo [illegible] Episcopis nec non et venerabilibus viris dominis magistris Leonardo Vicedecano, et Capitulo Aquilejensis ac etiam procuratoribus venerabilium Patrum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ac Folcherii Concordiensis Episcoporum, nec non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Monasteriorum Abbatibus, [illegible] [illegible] [illegible] ordinis fratrum minorum [illegible] [illegible] fratrum [illegible] [illegible] conventus Civitatensis, et aliorum fidelium tam clericorum, religiosorum et secularium [illegible] [illegible] Aquilejensis [illegible] [illegible] [illegible] multitudine copiosa.

Reverendus in Christo Pater et dominus Raymundus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in Provinciali [illegible] generali [illegible] [illegible] [illegible] Constitutiones [illegible] edidit et publicavit, dicta Sinodo eas laudante et approbante [illegible] [illegible].

Raimundus Dei gratia sancte sedis [illegible] [illegible] Patriarcha [illegible] [illegible] et memoriam futurorum. Inter quas edidit et publicavit quandam Constitutionem hujus tenoris

Quia nonnullos sic ceca seduxit cupiditas quod voluntatis libito, abjecto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et occupationem [illegible]

et Iurium Ecclesiasticorum iuste impedientes delectantur, quanto per ea
[illegible] moventur [illegible] nos hujusmodi [illegible]
[illegible] cupientes ne neglecta [illegible]
[illegible] tam Duces quam Marchiones, Comites, Barones, Potestates, Capitaneos
[illegible] communitates universitates Civitatum, Castrorum, Villarum et [illegible]
quorumcumque locorum, ac cives et quaslibet alias personas cujuscumque pre-
eminentie dignitatis honoris et gradus et conditionis, status et sexus [illegible]
ca, Castra, villas, jura et jurisdictiones, feuda, decimas, census, pedagia
[illegible] fodinas, [illegible], instrumenta publica, et quaslibet alias
scripturas publicas et authenticas, prata, nemora, molendina, [illegible], pisca-
rias possessiones montes, villas, insulas, paludes, aquas, salinas, domos et alia
bona quecumque ecclesiis, capitulis et personis ecclesiasticis [illegible]
[illegible] spectantia [illegible]
[illegible] vel ecclesias ipsas, Capitula seu ecclesiasticas personas impediunt quominus [illegible]
libere pro sue voluntatis libito uti possint, aut in eos angarias vel perangarias
imponere presumunt, aut predictarum Civitatis, Diocesis seu Provincie [illegible]
aut Capitula seu ecclesiasticas personas impediunt [illegible] in terris seu possessio-
nibus suis possint uti aquis aquarumve ductibus, salinas facere, vel molendi-
[illegible] Constitutione [illegible]
[illegible] admonemus eis mandantes ut infra duos menses a presentis constitutionis
publicatione [illegible] ipsas et earum possessiones predictis ecclesiis, Capi-
[illegible]
[illegible]
competenter, ac ab exactione angariarum et perangariarum [illegible]
[illegible]
[illegible] nostrorum [illegible]
[illegible] prout [illegible]
[illegible]

1282 10 Maggio

Gravami e contro Gravami nella Causa vertente tra il Patriarca ed il Capitolo d' Aquileja.

Archivio di S. Marco Nob

In nomine Domini amen. Infrascripti sunt articuli dati coram discretis viris DD Johanne Archidiacono Aquilegensi domini Pape capellano Fervarino et Zenoguio canonicis Aquilegensibus arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus electis a venerabili patre D. Raymundo Patriarcha Aquilegensi ex parte una et a decano et capitulo Aquilegensi seu eorum procuratore ex altera coram D. Bonifacium Abbatem monasterii Belliniensis Aquilegensis diocesis procuratorio nomine pro ipso D. Patriarcha et magistrum Iacobum Canonicum Aquilegensem procuratorem Decani et Capituli predictorum procuratorio nomine pro eisdem apud urbem Veterem, anno Domini M CC. LXXXII. Indictione decima die xune decimo mensis mai Pontificatus D. Martini Pape quarti anno secundo examinati et approbati per arbitros suprascriptos.

Tenor autem articulorum dictorum per D magistrum Iacobum approbatorum examinatorum et admissorum per dictos arbitros talis.

Coram vobis discretis dominis Johanne Archidiacono Aquilegensi, Fervarino et Zenoguio Canonicis Aquilegensibus arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus inter venerabilem Patrem D Raymundum Patriarcham Aquilegensem ex parte una et Decanum et Capitulum Aquilegense et eorum procuratoribus ex altera intendit probare et vobis fidem facere Iacobus procurator predictorum decani et capituli procuratorio nomine pro ipsis contra predictum D Raymundum Patriarcham et D. Bonifacium Abbatem Belliniensem procuratorem ipsius Patriarche et contra quemlibet eorum.

In primis quod D Bertholdus existens Patriarcha dedit atque contulit capitulo Aquilegensi pro remedio anime sue decem marchas Aquilegensis monete de muta Aquilegie annis singulis per eum et successores suos in festo S. Marthini libere persolvendas, donec per ipsum vel aliquem Successorem ejus eadem muta

fuerit a capitulo per certas responsiones et equivalentem compensationem redempta

Item quod idem Bertoldus Patriarcha prenominato capitulo Aquilegensi donavit concessit atque concessit unam marcham denariorum monete in predicta mura .. .. .. modo et collatione Sancte Elizabeth

Item quod bone memorie D. Gregorius olim Patriarcha Aquilegensis predictam donationem concessionem, seu collationem confirmavit

Item quod idem fecit D. Clemens Papa Quartus

Item quod D. Decanus et Capitulum fuerunt in possessione vel quasi percipiendi dicta undecim marchas usque ad adventum D. Raymundi Patriarche

Item quod predicti Decanus et Capitulum fuerunt in possessione vel quasi percipiendo predictas undecim marchas a collectoribus mute qui pro tempore fuerunt per decem per viginti per triginta annos et amplius, et ipsas perceperunt pacifice et quiete

Item quod Decanus et Capitulum tenuerunt et possederunt dictas undecim marchas pacifice et quiete

Item quod prohibuit dictus D. Patriarcha Raymundus collectoribus dicte mute ut non solverent dictas undecim marchas predictis canonicis et capitulo

Item quod propter prohibitionem factam per dictum D. Patriarcham collectores cessaverunt solvere dictas undecim marchas .. .. tempore quo ipse D. Patriarcha venit in Patriarchatum

Item quod de predictis et qualibet predictorum est publica vox et fama.

Item quod ad Decanum et capitulum pertinent omnia bona mobilia et immobilia que habent et tenent massarii eorum

Item quod predictus D. Raymundus accepit de bonis massariorum Decani et Capituli occasione copulatici accepit per se et officiales suos a massariis Decani et Capituli, centum et quinquaginta marchas et ultra

Item quod D. Bertoldus Patriarcha jus copulatici si quod habebat in massariis, et bonis capituli Aquilegensis pro remedio anime sue dedit eidem capitulo

Item quod de predictis est publica vox et fama.

Item quod D. Raymundus Patriarcha et ejus Officiales damnificaverunt pre-

dicto.

dictos Decanum et Capitulum et eorum homines in mille marchis et ultra occasionibus predictis

Item quod de predictis est vox publica et fama

Item quod villa Marani pleno jure spectat ad dictum Decanum et Capitulum

Item quod homines Terre Marani, et omnes habitantes ibidem soliti sunt ire et redire, et stare, et emere et vendere libere per totam Terram Patriarchalem.

Item quod predicta soliti sunt facere per decem, per viginti, per triginta annos, et per tantum tempus cujus memoria non existit.

Item quod Decanus et Capitulum et eorum nuncii soliti sunt emere pisces in platea Aquilegensi quacumque hora diei per decem, per viginti, per triginta annos et per tantum tempus cujus memoria non existit

Item quod Decanus et Capitulum et singuli de Capitulo et eorum nuncii consueverunt accipere ligna de nemoribus circum adjacentibus Aquilegiam ad eorum usum.

Item quod hoc jure usi sunt per decem, per viginti, per triginta annos et per tantum tempus cujus memoria non existit

Item quod D. Raymundus Patriarcha petiit a Capitulo triginta quatuor marchas ratione Procurationum.

Item quod occasione dictarum triginta quatuor marcharum accepit, seu accipi fecit de bonis Decani et Capituli et Massariorum suorum ad valorem centum marcharum et ultra.

Item quod D. Philippus frater Ducis Charinthie fuit electus in Patriarcham Aquilegensem

Item quod quidam Canonici de mandato Capituli et Decani iverunt in Boemiam ad presentandum eidem Electo Decretum electionis, et ad requirendum ipsum ut consentiret de electione de se facta.

Item quod in illa via expenderunt de bonis Capituli triginta marchas Aquilegensis monete in gundo, redeundo, et stando

Item quod de predictis et quolibet predictorum est publica vox et fama.

Item intendit probare dictus Procurator quod capitulum est in possessione vel quasi iure conferendi Beneficia vacantia tempore sedis Aquilegensis vacantis

Item quod in ista possessione vel quasi fuerunt [illegible] et tempore Raymundi [illegible]

Item quod hoc [illegible] decem, [illegible] annos et tantum tempus cuius memoria non existit

Item [illegible] super possessione [illegible] Raymundus Capitulum [illegible] impedit et molestat

Item quod sede vacante per mortem D. Gregorii Patriarche, Decanus et capitulum contulerunt quedam beneficia que illo tempore vacaverunt

Item quod quidam adhuc possident Beneficia eis collata per Decanum et Capitulum sede vacante

Item quod de predictis est publica vox et fama.

Item quod D. Guielmus Episcopus Ferrariensis et Apostolice Sedis Legatus imposuit Clero civitatis et Diocesis [illegible] centum marchas [illegible] monete

Item quod de illis centum marchis XX. marchas contingebant Clero [illegible], [illegible] et marchie.

Item cum [illegible] cessarent solvere dictas XX. marchas, D. Raymundus mandavit Decano et Capitulo ut pro ipsis solverent, promittens quod ipsos compelleret ad satisfaciendum predictis Decano et capitulo de predictis XX marchis

Item quod D. Patriarcha usurpando sibi jurisdictionem in homines massarios et colonos capituli Aquilegensis dampnificavit dictos Decanum et Capitulum per se et officiales suos in trecentis marchis et ultra

Item quod de predictis est publica vox et fama.

Item quod Decanus et capitulum expenderunt CL marchas de bonis suis prosequendo electionem D. Philippi electi in Patriarcham Aquilegensem, et post cassationem ipsius D. Philippi procurando et petendo ut provideretur Aquilegensis Ecclesia de Pastore

Item quod D. Raymundus Patriarcha Aquilegensis [illegible] Patriarcha [illegible] in Lombardia per tres annos et ultra

Item

Item quod cum D. Raymundus fuerit in Terra eo tempore quo auferebantur bona eorum potuerit et debuerit eis qui accipiebant bona Decani et Capituli prohibere et defendere quominus non acciperent bona Decani et Capituli predictorum

Item quod de predictis est publica vox et fama

Item quod bone memorie D. [illegible] Patriarcha Aquilegensis cum faciebat Statuta ad statum Terre pertinentia, requirebat consensum et consilium nobilium, et aliorum de Terra Forijulii

Item quod hoc et idem faciebat bone memorie Gregorius Patriarcha Aquilegensis

Item quod de predictis est publica vox et fama.

Item eodem anno et mense die XIII. ejusdem predictus magister Jacobus procurator dedit coram predictis arbitris presente parte adversa quemdam articulum [illegible] tenoris talis et

Item intendit probare dictus magister Jacobus quod castrum de [illegible] cum omnibus pertinentiis D. Bertoldus Patriarcha Aquilegensis dedit, legavit seu concessit pro remedio anime sue. et pro . . . . suorum Ecclesie Aquilegensi, tamen intendit et dicit intentionem suam fundatam esse per confessionem partis adverse

Item eodem die et coram predictis arbitris. Predictus D. Abbas procurator, procuratorio nomine dicti D. Patriarche., predicto magistro Jacobo presente. dedit quosdam articulos in quodam rotulo. quorum tenor talis est

In nomine Domini amen. Probare et fidem facere intendit D. Bonifacius Abbas Belliniensis procuratorio nomine D. Patriarche Aquilegensis in questione seu questionibus que vertuntur inter ipsum ex parte una et Decanum et Capitulum Aquilegense ex altera coram vobis Dominis magistris Johanne Archidiacono, Ferrarino et Ludovico Canonicis Aquilegensibus arbitris electis a partibus predictis

Item quod vacante Sede Patriarchali Decanus et Capitulum Aquilegense consueverunt et debent suscipere defensionem bonorum Patriarchatus Aquilegensis et fideliter administrare et gerere negotia dicti Patriarchatus in temporalibus

Item quod consueverunt ipsi Decanus et capitulum in aliis vacationibus dicte ecclesie ante supradictam vacationem per mortem Patriarche [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

trationis et reliqua restituere redeundo ipsi Patriarche fructus et proventus et omnes obventiones bonorum ipsius Patriarchatus tempore vacationis ipsius Patriarchatus perceptos et percipiendos

Item quod Decanus et Capitulum Aquilegense accesserunt ad dictam administrationem inchoare et gerere negotia dicti Patriarchatus vacantis per mortem D. Gregorii predicti primo anno, et gesserunt tempore dicte vacationis tanquam omnia gesturi

Item quod ipsi fecerunt officiales [illegible] Vicedominum et Economum et [illegible] dationes in rebus et bonis temporalibus predicti Patriarchatus tempore dicte vacationis [illegible] dictis Decano et Capitulo Aquilegensi [illegible] saltem [illegible]

Item quod de omnibus supradictis et quolibet predictorum est publica vox et fama et communis opinio in Civitate et Diocesi Aquilegensi et in dicto Patriarchatu

Item quod dicta negotia temporalia dicti Patriarchatus gesta, ordinata et ministrata per dictos Decanum et Capitulum tempore dicte vacationis ipsi Decanus et Capitulum gesserunt et ministraverunt aliquo predictorum modorum.

Item quod de predictis et quolibet predictorum est publica vox et fama et communis opinio in Civitate et Diocesi Aquilegensi

Item quod dicti Decanus et Capitulum Aquilegense tempore dicte vacationis vendiderunt seu obligaverunt de facto in casu eisdem non concesso mutas et pedagia vel aliquas eorum, et alios redditus et proventus, fructus, decimas pertinentes et spectantes ad mensam Patriarchalem Aquilegensem certis personis pro certa pecunie quantitate, que venditiones, seu obligationes predicte seu aliqua earum fuere facte ad tantum terminum qui excessit citationem D. Patriarche, qui nunc est.

Item quod predicta et quelibet predictorum sunt vera et est publica vox et fama et communis opinio in partibus memoratis

Item quod Decanus et Capitulum predicti per se vel per alios eorum nomine receperunt redditus, proventus et fructus dicti Patriarchatus, dicta Patriarchali sede vacante in annis quibus ipsa Ecclesia per mortem dicti D. Gregorii vacavit

Item quod predicta et quelibet predictorum vera sunt et est publica vox et fa-

fama et communis opinio in partibus circumstantes et Diocesis Aquilegiensis et in ipso Patriarchatu

Item quod redditus et fructus ac obventiones dicti Patriarchatus temporibus vacationis predicte percepti vel qui percepti potuerunt et debuerunt de bonis dicti Patriarchatus valuerunt et valere potuerunt singulis annis dicte vacationis quatuor millia marchas Aquilegienses

Item quod de predictis omnibus et singulis predictorum est publica vox et fama et communis opinio in partibus supradictis. .....

Item quod Canonici qui eligerunt vel qui eligi consueverunt vel electi fuerunt temporibus retroactis in ipsa Ecclesia Aquilegiensi petunt et recipiunt, et petere et recipere consueverunt a d. Patriarcha Aquilegiensi confirmationes electionum de ipsis factarum in supradicta Ecclesia et institutiones antequam intromittant seu intromittantur se de dicta Canonica seu Canonicatu et prebenda ipsius Ecclesie, et antequam percipiant aliquid ex eadem, vel possessionem ejus intrent.

Quod predicta et quelibet predictorum vera sunt, et de predictis omnibus et singulis est publica vox et fama, et communis opinio in Curia et Diocesi Aquilegiensi

Item quod cum olim in ipsa Ecclesia Aquilegiensi essent triginta novem Canonici et triginta novem Prebende canonicales ordinarium pro quod duodecim mansionarii essent de cetero in ipsa Ecclesia qui ibi in divinis deservirent et haberent sex Prebendas de predictis Prebendis, videlicet medietatem prebendarum pro quolibet et in ipsa Ecclesia remanerent numerus sex Canonicorum pro illis sex Prebendis.

Item quod in ipsa Ecclesia postmodum diminuto numero ipsorum Canonicorum ut supra, fuerunt et sunt duodecim mansionarii qui habent et tenent dictas sex Prebendas sive duodecim, videlicet medietatem prebendarum pro quolibet in quibus dictus d. Patriarcha habebat, et ad eum pertinebat et pertinet de consuetudine supradicta jus hujusmodi confirmationis et

institutionis cum ipsi mansionarii teneant locum in perceptione habendarum sex Canonicorum qui consueverant esse ibi in numero dictorum triginta novem.

Item quod Decanus et Capitulum Aquilegense contradicunt et impediunt ipsos mansionarios petere et recipere huiusmodi confirmationem et institutionem a d. Patriarcha Aquilegensi quando ipsi mansionarii deputantur ad predictas Prebendas, et ipsum Patriarcham impediunt uti iure suo.

Item quod de predictis omnibus et singulis est publica vox et fama et communis opinio in civitate et Diocesi Aquilegensi.

Et ego Martinus de S. Hilario auctoritate Imperiali Iudex ordinarius et publicus notarius predictos articulos prout superius in huius pertis in simul coniunctis meoque signo signatis continentur, in actis posui, ipsosque fideliter et diligenter hic scripsi, et de mandato et licentia speciali predictorum Arbitrorum in publicam formam redegi. A. C. cl. 10

1282 22 Luglio Cividale

Il Patriarca consente al matrimonio di Almotta figlia di Varnerio di Cucagna suo ministeriale con Andrea da Pinna ministeriale del Conte di Gorizia a condizione che i figli rimangano una metà in soggezione del Patriarca, l'altra del Conte

Nos Raymundus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha, tenore presentium notum facere volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos dilectorum ministerialium nostrorum Thomasii, Simeonis et Adalperti de Cucanea precibus inclinati, Almote filie q.m Warnerii de Cucanea dilecte Dyenesweyp nostre, contrahendi matrimonium cum Andrea de Pinna ministeriali viri nobilis Alberti Comitis Goricie dilecti fidelis nostri licentiam concedimus de gratia speciali. Ita quod proles quem eos simul habere contingit sive mares sint, sive femine fuerint, inter nos, seu successores nostros, et dictum Comitem seu heredes ipsius equaliter dividatur. In cujus rei testimonium presens scriptum fieri jussimus et nostri sigilli pendentis munimine roborari.

Datum Civitate, decimo exeunte Julio anno Domini M[illegible]LXXXII x indictione. Dal Giov. Istria.

1282 . 18 Agosto. Sacile

Sentenza Patriarcale nella causa vertente fra gli abitanti di Pramajor e di Sacile

Giovanni di Lupico Can. P.

In nomine Christi amen. Anno Nativitatis ejus MCCLXXXII. Decime Indictionis, apud Sacilum in lobia Palatii D. Patriarche que est super ripam Liquentie. Die Martis quartodecimo exeunte Augusti. Presentibus D. Dietalmo de Villalta, Gerardo et Thomasio de Pulcinico, D. Gualteropertoldo de Spinemberch, Johanne de Zuccula, D. Vitmaro de Faganea testibus ad hoc vocatis et rogatis et aliis pluribus.

